

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Predestinatio siue prouidencia diuina k  
cum fonte primo

Prouidencia Dei ita omnia  
disposuit quod nichil ociosum  
remansit.

Maliciam non fecit; cum tamen ab  
aliis inuentam prohiberi possit, non  
prohibet.

Si enim malicia non esset,

uirtus contrarium non haberet,  
nec claresceret, nec

examinatio fieret, non probata uero nec  
examinata nec uirtus esset.

Origenes super illud Numeri XXII.:  
Stetit angelus Domini contra Balaam.

Nos interim dicimus dispensatione  
quadam et  
sapientia Dei ita in hoc mundo esse  
disposita ut nihil prorsus otiosum  
sit apud Deum, etiamsi malum illud sit,  
etiamsi bonum. Sed planius quod dicitur  
explicemus.

Malitiam Deus non fecit; tamen cum ab  
aliis inuentam possit prohibere, non  
prohibet,

sed cum ipsis a quibus habetur, utitur ea  
ad necessarias causas. Per ipsos enim in  
quibus est malitia, claros et probatos  
efficit eos qui ad uirtutum gloriam  
tendunt. Nam

si perimeretur malitia, non esset  
utique qui contraret uirtutibus.

Virtus non habens aliquid contrarium  
non claresceret nec

splendidior et  
examinatio fieret. Non probato uero nec  
examinata uirtus nec uirtus est.

Origenes, *In Numeros homelie*, 14, 2, 1  
(SC 442, L. Doutreleau ed., pp.164, 166,  
ll.55-66).